



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm, In Tertiam Partem
Divi Thomae. Tomi Qvinque**

Mysteria Vitæ Christi, Et Utrivsqve Adventvs Eivs Accurata Disputatione Ita
complectens, vt & Scholasticæ doctrinæ studiosis, & Diuini verbi
Concionatoribus vsui esse poßit

Suárez, Francisco

Moguntiaë, M.DC.XVI.

3 V. resurrexit gloriosum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94022)

intelligitur, non possidebit. unde continuo additum est in verbis Apostoli. Neque corruptio in corruptelam.

Luc. vii. ep.
146 nō mul-
tum longe ā
princ. tom. 2.

Ad secundum dicendum, quod sicut Augustinus dicit in eodem libro, fortassis accepta occasione sanguinis urgetur nos molestior persecutor. Et dicit. Si sanguis in corpore Christi resurgens fuit, cur non et pituita, id est, phlegma, cur non et fel flauum, id est, cholera, et l nigrū, id est, melancholia, quibus quatuor humoribus naturā carnis temperari, etiā medicina disciplina testatur. Sed quodlibet quisque addat, corruptionem addere caueat, ne sua fidei sanitatem, castitatemque corrumpat. Valet enim diuina potentia de ista visibili atque tractabili natura corporum, quibusdam manentibus, auferre quas voluerit qualitates, ut absit labes. scilicet corruptionis, adsit effigies, adsit morio, absit fatigatio, adsit vescendi potestas, absit efuriendi necessitas.

Ad tertium dicendum, quod totus (anguis, qui de corpore Christi fluxit, cum ad veritatem humane nature pertineat, in corpore Christi resurrexit: Et eadem ratio est de omnibus particulis ad veritatem et integritatem humane nature pertinentibus. Sanguis autem ille, qui in quibusdam Ecclesiis pro reliquiis conseruatur, non fluxit de latere Christi, sed miraculose dicitur effluxisse de quadam imagine Christi percussā.

COMMENTARIUS.

Hic articulus quoad conclusionem, et probationem D. Tho. non indiget noua expositione, sed videnda sunt, quę diximus de resurrectione in communi. De ijs vero, quę in solutione argumentorum attingit, de humoribus, et alijs partibus assumptis à Christo in resurrectione, differemus disputatione sequenti. Locus autem ille 1. ad Cor. 15. Caro, et sanguis regnum Dei non possidebunt, quem D. Thomas tractat in sol. ad 1. expositus est in priorī tomo disp. 15. Sect. 6.

ARTICVLVS III.

Virum Christi corpus resurrexerit gloriosum.

300.
Inf. q. 15. a. 6.
ad 4. Et q. 10.
5 q. 3. a. 1. Et
ep. 3. ca. 2. 4. 5.



Ad tertium sic proceditur. Videtur quod corpus Christi non resurrexerit gloriosum. Corpora enim gloriosa sunt fulgentia, secundum illud Matth. 13. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum, sed corpora fulgida videntur secundum rationem, non autem secundum rationem coloris. Cum ergo corpus Christi visum fuerit sub coloris specie, sicut et prius videbatur, videtur quod non fuerit gloriosum.

Hō 20 in Eu
ang. paulo
post princ.

2. Preterea. Corpus gloriosum est incorruptibile. Sed corpus Christi non videtur fuisse incorruptibile: fuit enim palpabile, sicut et ipse dicit Luc. vltim. Palpate, et videte. Dicit autem Gregorius in quadam Homilia, quod corrumpi necessē est quod palpatur, et palpari non potest, quod non corrumpitur. Non ergo corpus Christi fuit gloriosum.

3. Preterea. Corpus gloriosum est incorruptibile. Sed spirituale, ut patet prima ad Cor. 15. Sed corpus Christi videtur fuisse animale post resurrectionem: quia cum discipulis manducauit et bibit, ut legitur Luc. vltimo, et Ioannis vltimo. Ergo videtur, quod corpus Christi non fuerit gloriosum. Sed contra est, quod Apostolus dicit ad Phil. 3. Reformatis corpus humilitatis nostre, configuratum corpori claritatis sue.

Respondeo dicendum, quod corpus Christi in resurrectione fuit gloriosum, et hoc apparet triplici ratione. Primo quidem, quia resurrectio Christi fuit exemplor, et causa nostra resurrectionis, ut habetur prima ad Corinth. 15.

A Sancti autem in resurrectione habebunt corpora gloriosa, sicut ibidem dicitur. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Unde cum causa sit potior causato, et exemplar exemplato, multo magis corpus Christi resurgens fuit gloriosum. Secundo, quia per humilitatem passionis meruit gloriam resurrectionis. Unde et ipse dicebat. Nunc anima mea turbata est: quod pertinet ad passionem: et postea subdit, Pater clavisifica nomen tuum, in quo petis gloriam resurrectionis. Tertio, quia sicut supra habitum est, anima Christi à principio sue conceptionis fuit gloriosa per fructum diuinitatis perfectam. Est autem dispensatiue factum (sicut supra dictum est) ut ab anima gloria non redundaret in corpus, ad hoc quod mysterium nostra redemptionis sua passione impleveret. Et ideo peracto hoc mysterio passionis et mortis Christi, statim anima in corpus in resurrectione resumptum suam gloriam deriuauit: et ita factum est corpus illud gloriosum.

Ad primum ergo dicendum, quod omne quod recipitur in aliquo, recipitur in eo secundum modum recipientis. Quia igitur gloria corporis deriuatur ab anima (ut Augustinus dicit in Epistola ad Dioscorum) fulgor seu claritas corporis gloriosi est secundum colorem humano corpori naturalem: sicut videtur diuersimodē coloratum recipit splendentem ex illustratione solis, secundum modum sui coloris. Sicut autem in potestate hominis glorificati est, ut corpus eius videatur, vel non videatur (sicut dictum est) ita in potestate eius est, quod claritas eius videatur vel non videatur: unde potest in suo colore sine aliqua claritate videri: et hoc modo Christus suis discipulis post resurrectionem suam apparuit.

Ad secundum dicendum, quod corpus aliquod dicitur esse palpabile, non solum ratione resistentiæ, sed ratione sue spissitudinis. Ad rationem autem et spissum sequuntur graue et leue, calidum et frigidum, et alia huiusmodi contraria, quę sunt propria corruptionis corporum elementarium. Unde et corpus quod est palpabile humano tactu, est naturaliter corruptibile. Si autem sit aliquid corpus resistenti actui, quod non sit dispositum secundum predictas qualitates, quę sunt propria obiecta tactus humani (sicut est corpus celi etc.) tale corpus non potest dici palpabile. Corpus autem Christi post resurrectionem vere fuit ex elementis compositum, habens in se tan gibles qualitates secundum quod requirit natura corporis humani, et ideo naturaliter erat palpabile. Et si nihil aliud habuisset supra corpus humani naturam, fuisset etiam corruptibile. Habuit autem aliquid aliud quod ipsum incorruptibile reddidit: non quidem naturam celestis corporis, ut quidam dicunt (de quo infra magis inquiratur) sed gloriam redundantem ab anima beata, quia ut Augustinus dicit in Epistola ad Dioscorum, Tam potenti natura Deus fecit animam, ut ex eius plenissima beatitudine, redundet in corpus plenitudo sanitatis, id est, incorruptionis vigor. Et ideo sicut Greg. dicit ibidem, Ostenditur corpus Christi post resurrectionem fuisse eiusdem nature, sed alterius gloria.

Ad tertium dicendum, quod sicut Aug. dicit 13. de Ciu. Dei. Saluator noster post resurrectionem, iam quidem in spiritali carne, sed amen vera, cibum et potum cum discipulis sumpsit, non alimentorum indigentia, sed ea quę hoc poterat potestate. Ut enim Beda dicit super Lucam, aliter absorbet aquam et rritiens, aliter solis radius calens illa indigentia, ite potentia. Manducauit ergo post resurrectionem, non quasi cibo indigens, sed ut eo modo naturam corporis resurgens astrueret. Et propter hoc non sequitur, quod fuerit eius corpus animale, quod est indigens cibo.

);(

COM-

COMMENTARIVS.

Christi cor-
pus resurgit
gloriosum.

Docet D. Thom. in hoc artic. corpus Christi Do-
mini fuisse gloriosum in resurrectione sua. Quæ
conclusio simpliciter, & absolute sumpta est de fide
certissima, vt testimonia & rationes, quib. D. Tho.
vitur, aperte conuincunt, quæ adeo sunt perspicua,
vt noua expositione, aut confirmatione non egeant.
Etenim illa omnia, quib. supra probauimus, Chri-
stum vere surrexisse, hoc etiam probant. Nam in o-
mnibus illis locis sermo est de gloriosa resurrectione,
& immortalitate. Dixi autem conclusionem absolute
intellectam esse de fide, vt videlicet sermo sit de
corpore glorioso, id est, habere eam perfectionem,
& statum, quem corpora sunt in beatitudine habitu-
ra. Nam si sermo sit de corpore habente hanc, vel il-
lam perfectionem, nimirum quatuor dotes, vel qua-
litates, aut alias perfectiones gloriæ, sic tam certum
est, Christum habuisse corpus gloriosum, quam est
certum, habuisse has qualitates, & perfectiones. De
quæ, vt hæc materia completa sit, postea propriam
disputationem instituemus.

Testimonij
Greg. Pap.
Expositio.

Solutio ad 1. ex dictis in art. 1. explicata est. In solu-
tione vero ad 2. explicat D. Thom. verba Gregorij
hom. 16. in Euangelia. *Corrumpi necesse est, quod palpa-
tur, & palpari non potest, quod non corrumpitur.* Et in sū-
ma dicit, sic esse intelligenda, palpari non posse, nisi
corpus natura sua corruptibile, corpus autem glo-
riosum quamuis propter statum gloriæ factum sit in-
corruptibile, non tamē amisisse propriam naturam,
& compositionem ex contrariis qualitatibus. Vnde
habet, quod ex se corruptibile sit, quamuis per glo-
riam sit incorruptibile: & ideo hic modus incorrup-
tionis non obstat, quominus tale corpus palpari
possit. Quæ occasione hic disputari posset, quomo-
do corpus gloriosum sit incorruptibile. Sed de hoc
statim post sequentem disputationem.

Dubium.

Secundo posset inquiri, quid sit corpus esse pal-
pabile, & an corpus celeste palpabile sit, aut cur hoc
sit proprium corporis corruptibilis. Sed hæc quæ-
stio philosophica est: non possumus tamen missam
facere expositionem textus D. Thomæ. Docet enim,
corpus esse palpabile non ratione solius resistentiæ,
sed ratione suæ densitatis, ad quam sequuntur qua-
litates habentes contrarium, quæ sunt principia cor-
ruptionis. Vnde concludit solum illud corpus esse
palpabile, quod habet istas qualitates: corpus autē
celeste, quamuis resistat tactui, non tamen palpari,
quia non habet huiusmodi qualitates. Addit vero
Caieta. tacite obiectioni respondens, quod D. Tho.
dicit, ex densitate oriri, vt corpus sit palpabile, in-
telligendum esse de densitate propria corporū cor-
ruptibilium. Nam celestia quocūq; corpora (inquit)
densitatem habent: tamen alterius rationis. Nihil
enim est commune vniocūq; corpori corruptibili,
& incorruptibili. Sed in primis, hoc vltimū prin-
cipium, quod Caieta. assumit, falsum esse existimo.
Et quidem, si intelligatur de prædicato communi
vniocūq; secundum rationem genericam, & institu-
to præsentem non est necessarium [quia licet densita-
tes illæ essent diuersæ rationis, possent in communi
ratione vniocūq; conuenire] & omnino est falsum,
& sine fundamento, vt constat ex Dialectica, & Me-
taphysica. Cur enim ratio corporis, & substantiæ, &
quantitatis non dicitur vniocūq; de corpore celesti,
& elementari? Si autem intelligatur de ratione vni-
uocæ secundum speciem vltimam, sic quidem mi-
nus est improbabile, mihi tamen nunquam visum
est verum. Supposita enim reali distinctione quan-
tatis à substantia, existimo probabilius quantita-
tem esse eiusdem speciei in corpore celesti, & ele-
mentari, etiam si substantiales materiæ diuersæ
sint. Quia modus extensionis in ordine ad locum,
per quem nos à posteriori cōcipimus effectum for-
malem huius quantitatis, per modum cuiusdam

Fr. Suarez, tom. 2.

A capacitatis, seu aptitudinis ad replendum locum ta-
li modo, hæc [inquam] extensio eiusdem rationis
est in omnibus corporibus. Signum ergo est, esse
tū formalem quantitatis, atque adeo quantita-
tem ipsam esse eiusdem rationis in illis. Vnde vlte-
rius colligo, densitatem, quæ nihil aliud est, quam
modus quidam quantitatis eiusdem rationis esse in
vtriusque corporibus: sicut etiam figura est eiusdem
rationis, & omnes modi similes, qui intelligi pos-
sunt manere in sola quantitate abstracta, aut per di-
uinam omnipotentiam conseruata separata ab om-
ni materia, & sine vlla propria qualitate realiter
diuersa. Quocirca id proprie existimo, reddere cor-
pus aliquod palpabile, quod reddit illud sensibile
sensu tactus, non per modum causæ efficientis, quæ
non proprie ipsa in se sentitur, sed effectus eius: sed
per modum obiecti, ac proprii sensibilis talis sen-
sus. Quia palpare nihil aliud est, quam tangendo ex-
periri, seu sensu tactus percipere, vt ex significatio-
ne ipsius vocis constat, & quia nihil aliud fingi, aut
excogitari potest. Quod etiam indicauit Christus
illis verbis: *Palpate, & videte*, id est, experimento co-
gnoscite: palpare ergo est tactu sentire, quod tangi-
tur, ergo esse palpabile est, esse sensibile sensu tactus.

Responsio.
Corpus esse
palpabile
quid sit.

Luc. 24.

Ad hoc autem in primis necessarium est, vt corpus
resistat, non vtcūq; sed ratione densitatis, & duri-
tiet. Quod ideo addo, quia licet calum resistat ta-
ctui, vt manui, v.g. si conaretur moueri ultra super-
ficiem concanæ lunæ: tamen non resistit ratione
densitatis. Nam licet in calō sint partes raræ, & den-
sæ: tamen aque resistunt omnes. Non ergo proue-
nit ex densitate, sed ex indiuisibilitate, ex eo, quod
cælum est incapax diuisionis ratione suæ substan-
tiæ, & alicuius fortasse superioris qualitatis. Cor-
pora vero corruptibilia resistunt ratione densi-
tatis, & duriæ. Nam si hæc sit, facile ce-
dunt, & diuiduntur, vnde sit, vt palpari non pos-
sint. Hæc ergo est prima conditio necessaria in
corpore palpabili: & hoc sensu dixit Diuus Thomas
corpus esse palpabile ratione suæ *spissitudinis*: non
quod sit adæquata ratio, sed conditio in primis ne-
cessaria, quam semper comitantur qualitates illæ,
quæ sunt propria obiecta sensus tactus. Quæ vero
sint hæc qualitates, non est præsentis instituti expli-
care. Nam ad D. Thom. intelligendum dicta suffi-
ciunt.

Calum non
est palpabile
cur.

Dubium.

Responsio.
Corpus glo-
riosum quo-
modo sit pal-
pabile, &
tangibile.

Tertio vero inquiri potest, quomodo corpus glo-
riosum palpabile sit. Sed hoc facile definitur ex di-
ctis. Nam in corpore glorioso manet diuersitas
membrorum, & quædam sunt dura, alia mollia, o-
mnia vero habent sufficientem densitatem, vt ex
hac parte contraheri possint: aliunde quoque ha-
bent suum naturale temperamētum, ac dispositio-
nes, à quibus prouenit, vt sentiri possint. Sed est ob-
seruandum [quod supra diximus] corpus gloriosum
non agere ex necessitate naturæ, & alioqui habere
dotem subtilitatis: vnde sit, vt si velit, possit neque
resistere tactui, neque per qualitates elementares il-
lud immutare, & ideo, si noluerit, non poterit pal-
pari. Deinde potest (si velit) sua quantitate resistere
alteri corpori, non vtendo dote subtilitatis, nec se
penetrando cū eo, neq; illi cedendo, & tamen nihil
efficere in aliud corpus, neq; per suas qualitates ta-
ctiles illud immutando, aut speciem intentionalem
imprimendo. Quia hæc actio [vt dixi] est libera cor-
pori glorioso, & non est necessario coniuncta cum
priori resistentia, atq; hoc modo potest corpus glo-
riosum resistere, & nō palpari, ad eum modum, quo
id possit contingere in corpore celesti. Potest tamen
corpus gloriosum suo etiam arbitrio resistere tactui
immutando illum per qualitates sensibiles, atq; hoc
modo potest palpari. Est ergo [vt ita dicam] corpus
gloriosum palpabile voluntarie, ac libere, non ex
necessitate.

In solutione ad tertium explicat Diuus Thomæ,
Vt quo-

quomodo Christus in corpore glorioso potuerit manducare. De quare dicemus Disputatione sequenti.

ARTICVLVS IV.

Virum corpus Christi debuerit cum cicatricibus resurgere.

301.
3 d. 21. q. 2. a.
4 q. 3. & op. 3.
6. 245 & op.
60. l. 22. col.
4.
m. 2. huiusq.

Ad quartum sic proceditur. Videtur, quod corpus Christi non debuerit cum cicatricibus resurgere. Dicitur enim prima ad Cor. 15. quod mortui resurgent incorrupti. Sed & cicatrices, & vulnera ad quandam corruptionem pertinent, & defectum. Non ergo fuit conueniens, ut Christus, qui est resurrectionis auctor cum cicatricibus resurgeret.

2. Præterea, corpus Christi integrum resurrexit: sicut dictum est. Sed apertura vulnerum contrariatur integritati corporis: quia per eas discontinuatur corpus. Non ergo videtur fuisse conueniens, quod in corpore Christi apertura vulnerum remaneret: etsi remaneret ibi quedam vulnerum insignia, quæ suscipiebant ad aspectum, ad quem Thomas credidit, cui dictum est: Quia vidisti me Thoma, credidisti.

l. 4. c. 10. paulo ante fin.

3. Præterea, Damasc. dicit in quarto lib. quod post resurrectionem de Christo dicuntur quedam vere, quæ non habuit secundum naturam sed secundum dispensationem, ad certificandum quod ipsum, quod passum est corpus, resurrexit, ut cicatrices. Cessante autem causa, cessat effectus. Ergo videtur, quod certificatis discipulis de sua resurrectione, cicatrices ulterius non habuerit. Sed non conueniebat immutabilitati gloriæ, quod aliquid assumeret quod perpetuo in eo non remaneret. Ergo videtur, quod non debuerit corpus cum cicatricibus in resurrectione resumere.

Sed contra est, quod Dominus dicit Thome Ioan. 20. Infer digitum tuum hic, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis.

Super illud
Luc ostendit
eis manus c.
97 in Luc &
est ultimum
Li 22 c. 2 op.
in prin. 10. 5.

Respondetur dicendum, quod conueniens fuit, animam Christi in resurrectione corpus cum cicatricibus resumere. P. imo Beda supra Lucam, quod non ex impotentia curandi, cicatrices seruauit, sed ut in perpetuum victoria sue circumferat triumphum. Vnde & August. dicit in 22. de Ciuitate Dei. Quod fortassis in illo regno in corporibus martyrum videbimus vulnerum cicatrices, quæ pro Christi nomine pertulerunt. Non enim deformitas in eis, sed dignitas erit, & quedam, quamuis in corpore non corporis, sed virtutis, pulchritudo fulgebunt. Secundo, ad conformandum corda discipulorum circa fidem suam resurrectionis. Tertio, ut Patri, pro nobis supplicans quale genus mortis pro homine pertulerit, semper ostendas. Quarto, ut sua morte redemptis, quam misericorditer sint adiuti, propositis eiusdem mortis indicis, insinuet. Postremo, ut in iudicio quam iuste damnentur, ibidem denunciet. Vnde sicut Augustinus dicit in libro 2. de Symbolo, cap. 8. Sciebat Christus quare cicatrices in suo corpore ferret: sicut enim demonstrauit Thome non credenti, nisi tangeret & videret, ita etiam inimicis vulnera demonstraturus est sua, ut convincens eos veritas dicat: Ecce hominem quem crucifixistis, videtis vulnera, quæ infixistis, agnosceis latus quod pupugistis: quoniam per vos, & propter vos apertum est, nec tamen intrare voluistis.

Bed. c. 97. in
Lucam id
innuit.

Ad primum ergo dicendum, quod cicatrices illæ, quæ in corpore Christi permanserunt, non pertinent ad corruptionem, vel defectum, sed ad maiorem cumulum gloriæ, in quantum sunt quedam virtutis insignia, & in illis locis vulnerum quidam specialis decor apparebit.

Ad secundum dicendum, quod illa apertura vulnerum,

A quamuis sit cum quadam solutione continuitatis, totum tamen hoc recompensatur per maiorem decorem gloriæ, ut corpus non sit minus integrum, sed magis perfectum. Thom. autem non solum vidit, sed etiam vulnera tetigit: quia (ut dicit Leo Papa) suffecit sibi ad fidem propriam, vidisse, quod viderat, sed nobis operatus est, ut tangeret, quem videbat.

Ad tertium dicendum, quod Christus in suo corpore voluit cicatricibus vulnerum remanere, non solum ad certificandam discipulorum fidem, sed etiam propter alias rationes. Ex quibus apparet, quod semper in eius corpore cicatrices illæ remanebunt: quia (ut Augustinus dicit ad Consensum, de resurrectione carnis) Domini corpus in calo est, credo, videtur quando ascendit in celum. Et Gregor. 14. Mortuum dicit. Quod si quid in corpore Christi post resurrectionem potuit immutari, contra veridicam Pauli sententiam, post resurrectionem Dominus rediit in mortem, quod quis dicere nisi stultus presumat, qui veram carnis resurrectionem denegat: Vnde patet, quod cicatrices, quas Christus post resurrectionem in suo corpore ostendit, nunquam postmodum ab illo corpore sunt remotæ.

Aug. Epist. 146. paulo à prin. 10. 2. Lib. 14. Mor. c. 11. à m. ad.

B Contextus D. Tho. satis est perspicuus, de re verò ipsa differimus disputatione sequenti.

DISPUTATIO XLVII.

in sex Sectiones distributa.

De integritate, ac perfectione naturali corporis Christi resurgentis.

Diximus in superioribus, Christum Dominum vere, ac proprie surrexisse, atque adeo post resurrectionem habere verum corpus humanum, & perfectum perfectione essentiali: hoc enim saltem est necessarium ad veritatem resurrectionis. Vnde etiam fit, necessarium esse, ut habeat corpus organicum, & conuenienti modo dispositum saltem, prout necessarium est ad veritatem, & naturalem consistentiam humanæ naturæ, iuxta ea, quæ diximus de resurrectione in communi. Nunc ergo dicendum superest de perfectione, quæ est præter rei essentialiam, sine qua rei natura posset consistere, licet non adeo perfecte. Hæc autem perfectio duplex esse potest: vna supernaturalis [de qua dicturi sumus disputatione sequenti] altera naturalis, de qua hic dicendum est, & ad tria, vel quatuor capita reuocanda est, scilicet, ad perfectionem qualitatis, actionis, seu virtutis actiue, & quantitatis. Et quidem de qualitatum naturalium perfectione, nihil specialiter dicendum occurrit. Quia qualitates naturales, vel sunt dispositiones, quæ complent naturale temperamentum, & de his iam diximus, necessarias fuisse in corpore Christi. Vel sunt qualitates secundæ, quæ ex temperamento primarum consequuntur, ut color: & de his eadem est ratio, quæ de primis, nequid in eis est aliqua difficultas, quæ explicatione indigeat. Vel sunt veluti modi quidam resultantis ex quantitate, aut ex proportionem partium, seu aliarum qualitatum, ut sunt figura, pulchritudo, sanitas, & de his etiam nulla est specialis quaestio. Tum quia, si hæc fuerint perfectissima in corpore Christi mortali, certius est, esse in corpore glorioso. Tum etiam, quia cum hæc consequantur ex perfectione quantitatis, & aliarum qualitatum, explicata veritate in fundamento, explicata relinquitur in reliquis, quæ necessario consequuntur. Aliæ denique sunt qualitates, quæ sunt propriae potentie actiue, quæ in secundo membro supra posito comprehenduntur. Dicendum vero est prius de quantitate, quoniam maxime